4v

E[illegible] libri [illegible]
ta possint requiri · ex omnib(us) hec periochis id est
circumstantiis · quibus totius uoluminis libri constat
considerandus est · uidelicet quis scripsit · quid
scripsit · quantum scripsit · qualiter scripsit ·
quare scripsit · ubi et quando scripsit · et ad
quem scripsit · Si requiratur quis scripsit · prisci
anus scripsit · Cui nomen diriuatum est non a pris
co sed a prisciano sicut ipse dicit · Fuit autem uir
cesariensis romanus genere · sicut ipse in epistola
manifestat · Dicit plures cesareas legimus
de qua harum fuerit a plerisque dubitatur ·
Una cesarea est palestina · cesarea augusta ·
cesarea capadotia · Dicunt quidam ad formam cesa
riam istam de qua priscianus oriundus fuit · colo
nia africe est sub dicione tamen romano imperio
ea tempore temporis sic tota africa · Si requi
ramus quid scripsit · grammaticam scripsit
Grammatica autem diriuatur a gramma · Gram
ma autem a grammine sic marcianus docet et alii
grece · gramme linea dicitur · Inde gramma lit
tera eo quod lineis formatur · Exinde uero gram
matica est ars litteralis · Inde grammatice
litterature · quoniam de grammatice enim priscianus · gram
maticam scripsit · Si requiramus quantum scrip
sit · dicite octo libros scripsit · Qualiter
grammatice bene · Causa autem quare scrip
serit · hac agnoscitur fuisse sicut ipse in epistola
manifestat · Cum latini a grecis quibus pene omnibus
gentibus sapientia florebant liberales accep